



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 75. Josephus Justus Scaliger mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

§. LXXV.

Sæc. XVII.
A. C. 1609.*Josephus Justus Scaliger mortuus.*

Hujus anni auspiciū exitiale sibi habuit Josephus Justus Scaliger inter literatos & Criticos illius ævi facile Princeps, ingenii aquila, eruditionis abyssus, ac munificentissimæ naturæ miraculum. Hic magni Julii Cæsaris Scavigeri Filius die quarta Augusti Anno a partu Virginis millesimo quingentesimo quadragesimo Agini in Galliis propitio sydere mundum ingressus est: num vero ex illustri Principum de Scala domo, quæ Veronæ diu summam rerum tenuit, ortum duxerit, valde dubium est, & Caspar Scioppius epistolam, qua Scaliger se ex horum prosapia descendere jactitabat, quingentorum mendaciorum convinci posse ajebat: Verum Scaliger non tam per naturæ beneficium, aut Majorum gentilitios gradus, quam per propriæ virtutis merita ad summos honorem ac gloriæ apices ascendere sollicitus, Burdegalæ primum humanioribus literis, ac postea Parisiis omniscientiarum genere ingenium suum excoluit, cujus tanta erat felicitas, ut Græcum & hebraicum idioma nullius Magistri ductu addiscens, intra viginti & unius diei angustias ex Homero sexaginta

Hist. Eccles. Tom. LIV.

Ff

ginta

*Teiffier elog. d's homm.**Scav. t. I.**pag. 245.**Perrault homm. illustr.**tom. 2.**Scalig. Hy-**pobol. Sciopp.*

Sæc. XVII. ginta tria versuum millia, & nondum
 A. C. 1609. evoluto quadrimestri omnes Græcos Poe-
tas pervolveret, ac penetraret: Nec
 his sciendi ardor, ingenique vastitas cir-
 cumscribi poterat, sed omnium fere idio-
 matum gnarus, Philosophiæ, Medici-
 næ, Jurisprudentiæ, Matheseos, Theo-
 logiæ, Chronologiæ ac Historiæ præ-
 cepta non tam didicisse, quam harum
 scientiarum arcana & adyta pervasisse,
 atque exhaustisse visus est. Nondum
 decimum septimum ætatis suæ annum
 expleverat, cum jam Tragicum poe-
 ma, cui titulus *Oedipus*, & paulopost
conjecturas & notas in Varronem ederet.
 Lipsio ad Belgas revertente Batavi Sca-
 ligerum ingentibus præmiis ad se evo-
 carunt, ubi etiam renitente licet Fran-
 cia, quæ illum si potuisset, amica vi
 retinuisset, per sexdecim omnino annos
Professor Honorarius substitit; nunquam
 enim, ut scientias publice traderet, ad-
 duci poterat, de cetero autem suis Stu-
 diis immerfus integrum sæpe diem sine
 cibo ac potu in suo Musæo transegerat,
 in Rufini & Epiphaniï lectione assiduus.
 Tandem vero hydropisi confectus die
 vigesima prima Januarii Lugduni Ba-
 tavorum vitæ, totque eruditissimis lucu-
 brationibus finem imposuit. Has inter
 ceteris palmam præripit Chronologi-
 cum ipsius opus *de emendatione tempo-*
rum:

rum: celebrantur quoque ipsius notæ & Sæc. XVII.
 castigationes in Eusebii Chronica, necnon A. C. 1609.
 ejus diatribe de arte critica, Elenchus Tri-
 hæresii Nicolai Serrarii, ac ipsius Thesau-
 rus Temporum: præter ejusdem castiga-
 tiones in Catullum, Tibullum & Pro-
 pertium. Descripsit ipsemet vitam Ju-
 lii Cæsaris Scaligeri Parentis sui, qui,
 Perronio Cardinale judice, filium in-
 genio, non industria, Filius vero Pa-
 trem industria, non ingenii acie supera-
 verat: Parentabat quoque Scaliger no-
 fter carmine funebri, gloriosi laboris so-
 cio Justo Lipsio: deperiit non sine ma-
 gno rei literariæ damno elegans ipsius
 Thesaurus Arabismi, suos vero manu scri-
 ptos Codices Arabicos, Græcos, He-
 braicos, Chaldaicos, Syriacos, Æthio-
 picos, Persicos & Armeniacos Scali-
 ger Bibliothecæ Lugduno-Batavæ le-
 gaverat.

§. LXXVI.

Henrici Cucquii extrema.

Die vigesima sexta Septembris Rure-
 mundiæ decessit Henricus Cucquius *Mira.*
 Calenburgii in Geldria natus, qui a *Script. Sæc.*
 Georgio Marcopedio Ultrajecti liberali- *XVII.*
 bus disciplinis imbutus, Lovanii primo *Valer. And.*
 in Philosophia, & novem post annis in *Bibl. Belg.*
 Theologia Doctoratus Lauream eme- *Gallia Christ.*
 ruit, *t. 1. p. 836.*
 Ff 2